



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 121. Glocestriæ Comes a Rege Angliæ necari jussus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Sæcul. XV.  
A. C. 1445.

## §. CXXI.

*Glocestriæ Comes a Rege Angliae  
necari jussus.*

Hæc foemina Renati Andegavensis  
Ducis ac Siciliæ Regis filia, audax  
erat, & ad quævis audenda sexu suo  
majora proclivis, cumque ipsa sola su-  
premium in Regno ambiret imperium, si-  
nistram Regi opinionem de Humfredo  
ejus avunculo, Glocestriæ Comite inge-  
fit, nigrisque coloribus ejus mores, re-  
gnique administrationem depinxit. Rex  
nimia credendi facilitate deceptus, pri-  
mo Comitem suis dignitatibus, atque of-  
ficiis exuit; cum vero ejus æmuli Regi-  
næ gratiam aucupaturi, Humfredo plu-  
rima objecissent crimina, quæ tamen ille  
a se idonea defensione depulit, demum  
etsi ejus innocentia omnibus comprobata  
esset, nihilominus noctu comprehensus,  
clam laqueo suffocatus est; non enim il-  
lum palam ob metum populi, qui facile  
cædis hujus nuncio ad seditionem con-  
citatus fuisset, necare ausi sunt. Obie-  
rat ille magna cum integritate & laude,  
qua per viginti quinque annos Regnum  
administrabat. Nefando hoc facinore  
Regina tam funestam omnium Anglo-  
rum invidiam in se concitavit, ut illam  
e medio tollere decernerent, ne & ipsi  
de salute sua periclitarentur.

## §. CXXII.